fit magnificentissimus. bonus caret [illegible] optimus. malus pessimus. magnus
maximus. parvus minimus. multus plurimus. Excipitur maturus quod facit
maturrimus. Excipitur nuperus quod est novus quod facit nuperrimus. Ex hiis
excipiuntur nomina desinentia in er que immediate desinentie in er addunt
rimus ut pulcher pulcherrimus. Ex hiis excipiuntur duo dexter et sinister
que formant superlativum dextimus et sinistimus. N(omina) tertie declina-
tionis unde formant superlativum? A genitivo singulari addendo ssimus ut
prudens prudentis fit prudentissimus. Excipiuntur nomina desinentia
in er tantum sive in is et in er que immediate desinentie in er addunt
rimus ut pauper pauperrimus. saluber saluberrimus. Excipiuntur quinque similis
cum suo composito dissimilis. agilis. gracilis. humilis. similis. que formant
superlativum in limus ut facillimus. cum suo composito difficillimus. agillimus. gra-
cillimus. humillimus. simillimus. cum suo composito dissimillimus. Excipitur
vetus quod facit veterrimus. Quot sunt forme superlativorum [illegible]
[illegible] ut parvus minor minimus. [illegible] ut bonus
melior optimus. [illegible] ut inferus inferior infimus. [illegible] ut magnus
maior maximus. [illegible] ut post posterior postremus. [illegible] ut malus
peior pessimus. [illegible] ut humilis humilior humillimus. [illegible] ut
pulcher pulchrior pulcherrimus. Diminutivum est quod diminutionem
sui primitivi absolute i. sine comparatione demonstrat ut rex regulus
i. parvus rex. Denominativum appellatur [illegible] sui primitivi fit derivatum
nec aliqua speciali significatione sit subiecte species. Verbale est quod
a verbo derivatur ut ab amo fit amator. Adverbiale est quod ab adverbio
derivatur ut supra superus. Participiale est quod a participio derivatur ut ab in-
dulgens fit indulgentia. fit autem derivatio tribus principaliter modis [illegible]
sensu [illegible] ut iustus fit iustitia. sensu et non littera ut
ab uno fit semel. [illegible]
[illegible]

[illegible]